Alexander in Mauritio Sapieha
Dei et Sedis Aplicae gratia Epus Vilnen.

Perillri et Magnificae Dnae Leonorae Judithae Marschalcae Brzescien., Nobis in Christo dilectae Salutem in Domino. Consolationi Vrae spirituali, et petitioni tuae per te Nobis porrectae, quantum in Domino possumus, satisfacere annuentes, ut in loco decenti, honesto, ab usibus humanis omnino separato, adhibitis adhibendis de iure requisitis, liceat quibusvis Presbyteris tam Saecularibus quam Regularibus, non tamen vagis, excarceratis, aut ab officiis suspensis, Sacrosanctum Missae Sacrificium coram Te et familia tua in Bonis Szczenka dictis, intra territorium Nrae dioecesis Vilnen. consisten. (exceptis tamen (ubi quantum valetudo permiserit) Maioribus Festis, et sine praejudicio Parochiali,) Celebrari, Authoritate Nra ordinaria facultatem damus et concedimus per praesentes ab hinc ad decursum unius Anni valituras. In quorum fidem [illegible]. Datum [illegible] die [illegible] Junij 1670.

Alexander Sapieha
Epus Vilnen.